

Dialogus

- I De sapientia Principibus uecessaria.
- II De iactura imprudentum Principum.
- III De sapientia veterum Principum.
- IIII De manifesta ritina fidei christiana ex ignas
uia Regum & Imperatorum.
- V De bello in Tharcos instituendo.
- VI De Philippo Co, Rhe, Pa, & eius laudibus.

Prologus

Inclytissimis Bauarię Ducibus : Comitibusq; Rheni
Palatinis Philippo : Roberto : Friderico : Philippo
Principis electoris filijs : Dominis nostris obserua-
tissimis : Pueruli nos & infantes offerimus : subijci-
mus : tradimus : dedicamus.

Vestra nobilitas : vestra virtus : vestra preclara indoles
excellentissimi Principes : animosos nos fœcit : ut
in conspectum uestrarum claritudinum prodire : et
inepta quedam verba effundere : ac per Dialogos
eloqui tentemus : quid fructus : quid damni ex sapi-
entia & insipientia Principum oriatur . Auscultas-
te obsecro nobilissimi Principes . Non hic terribilia
sunt arma : non caballi precipites & importuni : nō
hastę proiectiles : nullum est auiditori periculum .
Primum auidietis de primo Principe & Imperato-
re post Christi fidem maligno & pessimo Iuliano
apostota . Deinde ad Patrem nostrum Philippum
optimum & pientissimum Principem progredies-
mur . Tu uero Calue incipe dic nobis de apostota
Iuliano .